

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

811. Quâ ratione possit ac debeat Impetrans probare non factam legitimè publicationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

consueta fieri, & est accessoria ad expeditionem literarum ipsius resignationis) Paris. *ibid.* n. 21. citans Felin. *in c. cum M. Ferrariensis.* n. 7. de Confit. Curtium Jun. *in l. si emancipati.* n. 9. *c. de collat.* Item actus presumitur factus omni meliori modo, ut prospicit facient. Paris. *ibid.* n. 14. citans *l. 1. & 2. ff. de solut.* Barth. *in l. gerit.* n. 21. *ff. de acquirenda heredit.* Menoch. *de arb. cas.* 126. n. 8. &c. Praesumptio etiam juris est probatio liquidissima, Paris. n. 15. citans *l. 1. ff. de legib.* C. Paris. *conf.* 32. n. 45. vol. 1. &c. & relevat ab onere probandi, & adversarium graviore onere probandi inquietat. Paris. n. 16. citans *l. 1. c. de probat.* Abb. *in c. nihil.* n. 14. *de elekt.* Card. Paris. *conf.* 42. vol. 3. &c. Hinc negativa probanda est per illum, qui in ea se fundat, five agendo, five excipiendo; five sit negativa juris, five facti, five qualitatis. Paris. *cit. q. 14. n. 9.* citans Gl. *in l. 2. ff. de prob.* Bartol. *in l. in illa, de verb. oblig.* Innoc. *in c. super his. de accus.* Mascard. *de prob. concl.* 1087. nu. 1. C. Paris. *conf.* 123. vol. 1. & plures alios. Quodipsum fundatur in illa communia Regula Juris: quod unusquisque tenetur probare ea, quae sunt fundamentum sua intentionis. *l. qui accusare.* & ibi communiter AA. Paris. nu. 10.

2. Proceduntque hæc (nimur quod publicatio praesumptio facta legitimè per Resignatarium, & quod impetrans ob non factam id probare tenetur) dum Resignatarius per triennium quietè possedit illud beneficium; ex tali enim possessione juxta dicta supra sive dubio praesumptio publicatio. Lott. *loc. cit.* Paris. *cit. q. 14. nu. 26.* si enim ex ea praesumptio recte dispensatio, quæ est quid pendens à facto Superioris, multò magis facta à Resignario, qui habet titulum, & possessionem, publicatio, quæ non requirit factum Superioris, sed proprium Resignarii. Paris. n. 28. Accedit, quod verosimiliter Ordinarius non permisit per triennium sine publicatione beneficium resignatum possideri.

*Quæstio 8II. Quâ ratione possit, ac debet impetrans probare non factam legitimè publicationem?*

1. R Epondeo: Probari posse primò ex confessione partis. Castrop. *loc. cit.* n. 15. Paris. *cit. q. 14. n. 70.* negativa enim per confessionem partis probatur. Paris. *ibid.* citans Bald. *in l. 2. c. de non num. pecun.* Herculian. *tr. de negativa.* nu. 196. & apud illum DD. communiter; nulla enim major & excellentior est probatio confessione partis. Paris. nu. 71. citans Abb. Felin. &c. communiter *in rubric. de probat.* Et hinc, licet contra praesumptionem juris, & de jure non admittatur probatio, admittitur tamen confessio partis. Paris. nu. 74. citans Alex. *conf. 46. l. 6.* Card. Paris. *conf. 75. col. 5. l. 2.*

2. Secundò per illas personas, per quas actus affirmativus, nempe publicatio fieri debebat, & tamen per eas factus non est, ut sunt Notarii, vel qui de eo facto scire debebant, & non sciunt, ut sunt Canouici, Beneficiati, & alii Clerici, qui solent in Ecclesia Cathedrali diebus festis interesse divinis. Paris. *loc. cit. n. 60.* qui hoc modo probari negativam ait, n. 61, citatis quamplurimi, pricipue Abb. & Felin. *in c. tertio loco. de probat.* & Herculian. *de negativ. n. 162.* Item Paris. nu. 63. communem esse ait, opinionem, negati-

vam posse probari per testes, per quos ex consuetudine, seu communiter contingentibus affirmativa sciri conseruit, & nunc non scitur; citaque pro hoc Barbat in *cit. c. tertio loco. col. 2.* Alex. *conf. 214. l. 2.* Bartol. *conf. 81. &c.* qui testes, si concordent, concludant. Paris. *cit. n. 63.* citans Felin. *in c. cum Joannes. de fide instrum.* Craver. *conf. 56.* Esse tamen probationem tantum praesumptivam, ait n. 65. ex Herculian. *loc. cit. n. 249.* sicut depositio testis, quia sum vicinus. Qualiter autem testes debeat depolare super probatione hujus negotiarivæ, latè explicari ab Herculian. *loc. cit. n. 318.* Mascard. *de probat. concl.* 1087. & alii à se citatis *ibid.* ait Paris. n. 69.

3. Tertiò per coarctationem loci & temporis, v. g. ex literis non expeditis in tempore apro, ut intra terminum Constitutionis Gregorii deferri potuerint ad locum publicationis. Garc. p. II. c. 3. num. 317. Castrop. *loc. cit.* Paris. *cit. qu. 14. n. 56.* citans Rotam in *Salmant. pension.* 2. Junii. 1584. & in *Oximens. Schola* st. 9. Febr. 1590.

4. Quartò ex non expeditis literis, utpote sine quibus fieri nequit publicatio, quæ carentia expeditionis literarum optimè probari potest ex libris Cancellariae, Camerae, & Registro secreto parte citata; quia, cum ibidem remaneat omnium literarum testimonium, eo non apparente, convincitur, literas expeditas non esse. Castrop. *loc. cit.*

5. Quintò per actus incompatibilis cum ipsa affirmativa, nempe cum facta publicatione. Paris. n. 58 Nihilominus Lott. *loc. cit. n. 15.* Ventrigl. *cit. n. 86.* & Garc. *loc. cit. n. 316.* juxta Decr. Rotæ in Ripana benefic. 17. April. 1600. concludunt, cum praesumptio & verisimilitudo non probent in hac materia, hanc negativam publicationem non probari per confessionem partis, vel quod litera non fuerint expeditæ intra tempus ad publicandum. Quin & addit Ventrigl. & Lott. posteriorem hunc modum tutorem esse & irrefragabilem, ac priorem, nempe per confessionem partis de non facta publicatione, esse minus tutum, ut Lott. n. 21. & hinc observandam qualitatem hujus confessionis, ne sit de simplice facto ipsius confessoris, qui falsus fuerit, sive non publicasse; eò quod inde non concluderetur negativa absoluta non publicationis; cum ea potuerit fieri per ressignationem, cui non minus, quam Resignatio ea permisit est in ipsa Constitut. Gregor. ut respondisse ait Rotam apud Gregor. Decr. 288. n. 2. Proinde etiam illud notandum, quod tradit Castrop. *loc. cit.* ex eo, quod Resignarius possessionem beneficii non obtinuit intra tempus, non convinci, literas non fuisse publicatas; cum ad publicandum non sit necessaria possessione: adeoque provisionem in forma dignum, si per ipsum non sit, quod minus collationem habeat, & beneficii possessionem accipiat, satisfacere Constitutioni Gregorianæ, si collationem petat, & pro possessione instet (quod tamen intellige, non quod per hanc petitionem satisfaciat illi quod publicationem faciendam; cum hæc per equipollens, ut dictum, impliri nequeat, sed quod capienda possessionem)

& sic ex collatione non facta non inferri literas publicatas non esse.

\* \*

Qna.